



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de**

**Lugduni, 1669**

26 Quæ sint aliæ pœnæ temporales præter confiscationem bonorum  
hæretico impositæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

Quæ sint alia pœnæ temporales præter confiscationem bonorum, hæretico impostæ.

- 1 Prima pœna est incapax testandi: censetur tamen probabilius non esse ipso iure nullum testamentum, sed annullandum.
- 2 Secunda est privatio successione ex testamento, vel ab intestato.
- 3 An sit incapax, vel indignus examinatur.
- 4 Censetur sententia de sentis durante hæresi incapax esse.
- 5 Hæreticus durante hæresi hereditatem sibi delatam restituere debet heredibus ab intestato, attento iure regio Castellæ, secus spectato iure communi, docet Sanchez.
- 6 Infirmitas supradicta sententia, et solum ob auctoritatem affirmativam est hæreticum occultum incapax esse successione.
- 7 Hæreticus reconciliatus capax est hereditatis, et legari.
- 8 Bona præter hæreticum hereditatem repudiare.
- 9 Legato alimentorum capax est hæreticus, quia non publicatur.
- 10 Censetur sententia tenet eandem incapacitatem habere hereticum respectu donationis, ac habet respectu legati.
- 11 Spectato iure rigore contrarium est probabilius.
- 12 Tertia pœna est exemptio filiorum à patria potestate.
- 13 Non potest filio impuberi pupillariter substituere.
- 14 Neque obligatus est filius parenti hæretico alimenta præbere extra extremam necessitatem.
- 15 Fautores hæreticorum hæc pœna non puniuntur.
- 16 Quarta pœna hæreticorum est privatio domini in foris, si tunc habet locum hæc pœna ante sententiam declaratoriam criminis.
- 17 Servi transiunt in fidei servitutem ex multorum sententia.
- 18 Distinguitur inter servos Christianos, et paganos, et servi Christiani obtinent libertatem, pagani in servitutem fidei transiunt.
- 19 Quinta pœna est amissio cuiuslibet iuris, et obligationis, neque de sunt Doctores, qui dicant habere locum hæc pœnam ante sententiam.
- 20 Sed probabilius est sententiam declaratoriam requiri.
- 21 Debitores non eximuntur à debiti solutione, sed transiit obligatio in fideum.
- 22 Sexta pœna est, quod servanda non sit fides, eis data, et securitas promissa. Subintelligitur à privata persona, non à publica.
- 23 Septima pœna est destructio domus, in qua conventicula fecit, vel se occultavit.

1 Primam pœnam enumerare possumus incapacitatem testandi: cum enim à die commissi criminis omnia eius bona fisco addicta sint, intestabilis redditur: ve dicitur in cap. excommunicamus 1. §. credentes, de heret. ibi, si etiam intestabilis, ut nec test. liberam habeat facultatem, qui textus etiam de fautoribus hereticorum loquitur, à fortiori de ipso hæretico est intelligendus: et tradit omnes. Solum est controversia, an ita hæreticus ante condemnationem incapax sit testandi, ve eius testamentum nullum sit ipso iure, an solum sit annullandum? Credo probabilius non esse ipso iure nullum, sed annullandum per sententiam: quod, meo iudicio, satis indicatur in supradicto textu cum dicitur: nec testandi liberam habeat facultatem: quia dicitur, alius diceret, nec testandi vllam habeat facultatem: sic docet Molin. Societatis I. 2. v. tom. 1. disp. 95. post medium, versus secundum est Valquez 1. 2. disp. 171. c. 1. num. 11. Sanchez alius relatis, lib. 2. cap. 24. n. 3. indicat Farinacius illum referens, §. 190. §. 6. n. 2. in fine. Valquez de testamento. cap. 9. §. 1. sub. 4. n. 11. §. 4. sub. 5. n. 164. Ratio est, quia secundum probabilem sententiam, quam supra docuimus, hæreticus non privatur dominio vtili suorum bonorum, & potestare in alios transferendi, quoque sententia condemnatoria, seu declaratoria criminis accedit. Ergo ex vi huius domini, & potestatis, sicut potest sua bona quolibet contractu valide esse reuocabiliter alienare, poterit & testamento. Subdit verò Farinacius quæst. 190. num. 93. cum Rupert. Inquit verbo pœna versus c. item an hæres reconciliatus. Ioan. Calder. tract. de heret. rubr. de pœnis hæreticorum, §. respo. n. 3. hæreticum penitentem, & Ecclesiæ reconciliatum non posse testari de bonis acquisitis post aburitionem: quia ex supradicto c. excommunicamus, redditur intestabilis. At hoc non credo, quia solum redditur intestabilis ex bonis confiscationi subiectis, vt pote que non sunt delinquentis, sed sicut ac confiscatio non extenditur ad bona fœuita, & post sententiam acquisita, ve supra diximus. Ergo neque impotentia testandi ad illa debet extendi: fanteque l. reg. 4. Tauri h. d. l. 3. n. 4. lib. 5. recond. de Castro Sum. Mors. Pars I.

pilat. vbi de bonis confiscationi non subiectis detur facultas restandi quibuscumque reis; & ita tradit alios referens Sanchez lib. 2. cap. 24. num. 4. & expresse Valquez opuscul. de testam. cap. 9. §. 1. num. 26.

2 Secunda pœna enumeratur privatio successione ex testamento, vel ab intestato, quæ videtur probari ex dicto cap. excommunicamus, l. 1. §. credentes, de hereticis ibi, nec ad hereditatis successione accedat, et in lege Manichæi §. 1. in fine, Cod. de hereticis, dicitur ipsos quoque volumus amoveri, ab omni liberalitate, et successione quolibet titulo venientes, et in lege Arriani, §. cunctis, in illis verbis, sua ex ultima voluntate, rebus qualitercumque relicta, Cod. eodem titulo & multis, comprobatur Ioannes Calderinus tractatu de hereticis, rubrica de pœnis hereticorum num. 2. Simancas de catholica institutione titulo 46. num. 55. et in Enchirid. violata religiois titul. 46. eadem rubr. de pœnis, num. 3. Farinacius de hæresi quæst. 190. num. 93. Quod verum habet, etiam in testamento militum legatum relicto, adhuc hæreticus illo privatur, vt ex expressa decisione lege vltimus Codic. de hereticis ibi, in sumis veniemus errore constitutum, hereticorum hereditatem, vel legatum, vel fideicommissum accipere etiam in vltimis militum voluntatibus, & tradit Albericus & Salicet. ibi Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 44. num. 17. Petrus Gregorius synagm. iuris, lib. 3. cap. 8. num. 11. Carcer. tractat. de heretico. num. 15. i. quos refert, & sequitur Farinacius de hæresi, quæst. 190. numer. 95. Item non solum privatur hereditate ex testamento, vel ab intestato relicta, sed etiam contractu inter vivos, donatione scilicet, ex textu in lege Arriani, §. cunctis, ibi, siue de donationibus hereticorum conuenientia. Codice de hereticis, sic plures relatis firmat Farinacius num. 96.

3 Difficultas autem est, an ita hæreticus priuatur successione ex testamento tempore hæresis, vt illius incapax sit, vel solum sit indignus Nam si incapax est successione, omnia quæ illi deferuntur, aut relinquuntur, non fisco, sed venientibus ab intestato proueniunt lege si quis mihi bona. §. si quis plane digessis de acquirendis hereditat. lege 1. & ibi communiter omnes. Codice de hereditibus instituitur. At si capax est, sed indignus, fisco, & non venientibus ab intestato applicatur, lege Papianus §. meminisse, et lege cum talibus, §. sine digessis de his, quibus, vt indignis, lege 1. digessis de iure fidei, & tradit alios referens Farinacius questione 25. num. 139. Sanchez lib. 2. cap. 14. num. 32.

4 Negari non potest communem esse sententiam hæreticum durante hæresi incapax esse qualibet successione, & legari: constat ex Doctotibus, quos exactè referunt Farinacius de hæresi, questione 190. numer. 93. et sequentibus, Sanchez libr. 2. cap. 14. num. 32. et 35. Principium fundamentum delimitur ex dicto cap. excommunicamus, §. credentes, vbi aperte dicitur, neque ad hereditatis successione accedat. Et licet de credentibus, fautoribus, acceptatoribus hæreticorum loquatur, quando excommunicatione notati sunt, & contemnunt intra annum satisfacere, non obstat, quominus de hereticis efficacius intelligatur, quia hæreticus est fictione iuris, qui ob fauorem hæresi excommunicatione notatur, & intra annum satisfacere contemnit. Si ergo de hoc heretico intelligitur, à fortiori intelligendus est de illo, qui verè, & propriè hæreticus est; & ita hunc textum intelligunt Doctores communiter, vt viderè est in Farinacio. in prædicto loco. Neque aliquid fundamentum videtur pro hac sententia firmum: vt bene extendit Sanchez contrarium sentiens libr. 2. cap. 14. num. 31. Nam illud quod defumitur ex crimine læsæ maiestatis, quod aliqui magni faciunt, quod reddit committentium filios incapaces qualibet successione siue ex testamento, siue ab intestato. lege quisquis, §. filij, Codice ad legem Iuliam maiestatis, ibi, ab hereditate, et successione habentur alieni, & nullus, testamentis extraneorum nihil capiant. Quod à fortiori dicendum est de ipsis delinquentibus; vt multis comprobatur Farinacius de crimine læsæ maiestatis, questione 102. num. 73. Menochius de presumptione libr. 5. presumptione 45. num. 21. Cum ergo crimen læsæ maiestatis diuina grauius sit, in illo hæc pœna locum habere debet. Hoc autem fundamentum, vt bene comprobatur Sanchez libr. 2. cap. 28. num. 5. circa finem, infirmum est: non enim pœnæ extendendæ sunt de vno casu ad alium grauiorem, si in grauiori non sunt expressæ: id enim solum probat posse conuenienter extendi, non tamen extensas de facto esse.

5 Ex hac resolutione communi sequitur debere hæreticum durante hæresi restituere hereditatem sibi delatam hereditibus ab intestato venientibus; quia cum ipse incapax sit illius alius acquirat. Non ergo habet titulum ad retinendum, & in hac illatione omnes consentiunt, quam illationem etiam Sanchez supra relatus num. 34. admittit attento iure regio Castellæ, quia in lege finali, titulo 7. parte 6. dicitur, Efo mismo serua, si algun Christiano es abledicido por su heredero a algun hereje, Moro, o Iudao, calatal heredat, eà que fuesse abledicido alguno de los, auerliac en los mas propinguos parientes del testador, ennel Rey. Et licet de sola hereditate

DE  
VSTRO  
ALAY  
TOM,  
II

ibi sic sermo, idem est de quolibet alio legaco, iuxta *reg. 5. leg. Instit. de legatis*, ibi *legari autem illi solum potest, cum quibus testamento factio est*, id est, iis, qui possunt in testamento heredes institui? ut explicat ibi glossa; & loquens de apostata videtur hac capacitas constituta in *l. regia 5. tit. 2. 5. p. 7. ibi, Apostata no puede ser establecido por heredero de otros, en ninguna manera, o manda donacion, que le vbiessen fecho, o que el fiesse a otro, no valga des de aquel dia, que el apostato.*

At attento iure communi Sanchez inquit, sibi probabilius videtur hareticum incapacem non esse successione, nec donationis, sed solum esse indignum, ac proinde ante sententiam ea omnia ab illo auferri sicut tanquam ab indigno: adducit pro se Imolam *cap. 2. n. 44. de testament.* Lellium *lib. 2. de instit. cap. 19. dub. 5. num. 2. 52.* Mol. *tom. 1. de iust. disp. 154. vers. e. felicit.* & *tom. 3. disp. 65. n. 19. statim in principi.* Azor *tom. 1. institutionum moralium lib. 5. cap. 8. q. 1. Rojas singul. fidei singul. 7. n. 2. Decian. practiar. crim. lib. 5. cap. 4. n. 17. Ceter. tract. de haretico. n. 151. vers. imo tunc sicut vnde dicit. Mouetur, quia nullo textu iuris communis hac incapacitas statuta est.*

6 At hoc facile repellitur ex *supradicto. e. excommunicamus* ponderatione a nobis facta. Neque in iure regio video decisionem aliquam specialem, que obliget ad affirmandum hareticum incapacem esse successione, quae tamen non obliget itante iure communi. Nam *l. regia. in tit. 7. p. 6. vbi* deciditur hareticam, in qua hareticus, Maritus, aut Iudex constitutus est deuenire ad propinquos parentes, explicari poterat de haretico, Mauro, & Iudeo per sententiam declarato. Et eandem explicationem adhibere possemus *l. regia 5. tit. 2. 5. p. 7.* vbi dicitur, apostatam non posse heredem institui, id est, apostatam declaratum, & cum nullo subditur, delegatum, & donatio illi facta, vel quam ille alteri facit non valet: a die commissi criminis, intelligi potest, non valet irrevocabiliter, factaque huic explicationi ipsa *lex regia 4. tit. 2. 5. p. 7.* vbi specialiter dicitur non debere valere donationem, & a die, quo per sententiam iudicatus est hareticus. Ergo in iure regio non est aliquis textus manifeste probans hareticum occultum, & per sententiam non declaratum incapacem esse successione, sed ad summam probat esse quidem incapacem irrevocabilis successione, ac revocabilis capacem esse. Quae explicatio etiam adhiberi poterat textibus adductis iuris communis, specialiter textu *excommunicamus. 5. credentes, de haretico*, vbi dicitur, neque ad hereditatis successione accedat, ut non accedat irrevocabiliter, dum per sententiam non est hareticus declaratus.

Quapropter censo neque iure regio, neque iure communi expresse probari incapacitatem succedendi hareticum occultum & per sententiam non declaratum. At nihilominus in consulendo, & iudicando a communi sententia recedendum non est, sed absolute affirmandum hareticum durante haretici incapacem esse cuiuslibet successione, & legati. Neque sicut in tali hereditate locum habere, sed applicandam esse hereditatem ab intestato: neque alia ratione ducor efficacia, nisi quia est communis sententia, que omnia noviter probat. Valquez *opus. de testament. c. 9. q. 4. dub. 2. n. 122.* Reputat tamen hoc limitandum esse, ut non procedat in hereditate, & legato relicto ei, quem scis esse hareticum: quia tunc in penam peccati, quod incapacem, vel saltem indignum institueris poterit sicut hereditatem, & legatum occupare: & probat textus in *l. que de Samaritanis C. de haretico*, ibi, *de latam ipsius successione vendicat sicut*, interim tamen, quod non pronuntiat sicut sententiam condemnatoriam hereditatem ab intestato applicatur: sic Simancas *de cathol. instit. tit. 46. n. 56.* Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 5. cap. 8. q. 4. 1. & lib. 8. cap. 12. q. 8.* Farinacius *de haretico, q. 190. num. 104.* Sanchez *lib. 2. cap. 14. numer. 38. & 39.*

7 Dixi hareticum durante haretici incapacem esse hereditatis & legati. Nam postquam ab illa absolutus fuit, & Ecclesia fuit reconciliatus, capax omnino est? quia cessat ea incapacitas: sic fecerunt omnes Doctores. An vero capax sit, si ab illa penituit, interim dum non absoluitur, negat Valquez *2. 1. 2. disputat. 169. cap. 3. in principio & dist. opuscul. de testament. cap. 9. §. 4. dub. 2. num. 123.* sententia Simancas, est dubius, *de cathol. instit. tit. 9. numer. 125.* Mouetur quia interim dum non absoluitur, in haretico censetur perire. At credo probabilius incapacem esse, non solum in foro conscientiae, ut docet Sanchez *lib. 2. cap. 14. num. 40.* sed etiam in foro exteriori, si de vera penitentia contet; quia est excommunicatio tollatur per absolutionem, & non per penitentiam: at haretici sola penitentia auferitur, sed incapacitas succedendi non pronunt ab ipsa excommunicatione, sed ab ipso peccato haretico. Ergo sublati peccato per penitentiam incapacitas omnino tollitur.

8 Ex his inferre hereditatem, & legatum relictum haretico, non solum posse ipsum hareticum, sed debere repudiare, quia secundum nostram sententiam incapax est illius. At retenta contraria sententia, esse quidem incapacem, dum per sententiam non condemnatur plures Doctores censent repudiare non posse, quia talis repudiatio creditur in fidei fraudem: sicut non potest licite debitor in fraudem creditorum hereditatem sibi delatam repudiare, esto possit valide.

At dicendum est repudiationem hareticis factam ab haretico & validam esse, & licitam. Tello *l. 4. Tauri, num. 62. & leg. Valquez 2. 1. 2. disputat. 172. cap. 3. n. 13. & leg. 1. de pueris & de testament. cap. 9. dub. 6. n. 24.* Ratio est, quia nulli prohibita est talis repudiatio, quia solum haretico prohibuit esse alienare quod suum est, & sicut obligatum: non autem prohibuit esse omittere acquirere, quod alienum est: & sicut deuenire potest. At repudiatio hareticis est quadam alieni iuris acquisitionis omittio: cum ergo prohibita hac haretico non sit, poterit licite fieri. Neque obstat *l. in fraudem 45 ff. de iure fidei*, vbi videtur repudiari alienationem rerum, que possidentur a damnato, cum omittione acquisitionis. Inquit enim Imperator: In fraudem filii non solum per donationem, sed quocunque modo res alienate reuocantur. Idemque iura est est non queratur, aque enim in omnibus fraudi puniunt. Non inquam obstat, quia ut recte respondit Valquez *disp. 172. c. 3. circa finem Tello dist. 1. 4. Tauri, n. 64. & Sanchez 2. c. 14. n. 53.* In supradicto textu non est sermo de renuntiatione hereditatis delatae, sed de alienatione iuris que sit facta in fraude filii, siue per alienationem transferatur dominium, siue non: hoc enim verum significat dictio *illa, nisi non queratur*, quia ad fraudem filii faciendam impertinet est, quod per alienationem ius alteri queratur, aut non queratur.

9 Sed inquires primo, quid dicendum de legato alimentorum, an illius capax sit hareticus dum in haretico periret. Et quidem hoc legatum habet tractum successione, ita ut tot censentur facta legata, quot sunt anni, quibus legatum cedere debuit. *l. si cui praescriptio ff. quando dies leg. ced.* Quapropter omnium illorum alimentorum, quae post abolitionem, vel penitentiam haretici succedunt, capax erit, ita ut sicut nullo modo ea occupare possit. Illorum tamen, quae tempore haretici cedunt existant Sanchez *l. 2. c. 14. n. 43.* capax est hareticum, sed sicut ea viiurpare possit, cum pronuntiat sententiam condemnatoriam ea inuenit inter delinquentis bona, quia illa sunt bona praesentia. Ceterum credendum est alimenta nullo modo publicari, non si illorum incapax est hareticus tempore haretici, non sicut, sed hereditatem ab intestato debent applicari. Si autem capax est, aliter quam capax est cuiuslibet alterius donati, sit sine capacem esse irrevocabiliter, nam aliorum legatorum in sententia Sanchez capax reuocabiliter censetur. Ergo aliqui speciale concedi debet huic alimentorum legato: sicut concedit expresse *l. 3. ff. de his qui pro non scriptis habent in iura glo. 1. ff. de i. cui 1. ff. de aliment. & cibor legat.* vbi de damnato in metallum, & postea restituito dicit Imperator tempore damnationis recte cepit alimenta, & post restitutionem ei debent. Ergo dicendum est, hoc legatum etiam durante haretico non publicari: sic absolute de confiscatione loquens, tenet Farinacius plures referens *q. 23. n. 145* indicat Valquez *disp. 169. cap. 2. fine.*

10 Inquires secundo, quid dicendum sit de donatione facta haretico? An illius incapax sit, sicut est incapax hereditatis, & legati? Communis est sententia idem iuris esse de donatione ac de legato, & hereditate; ac proinde incapacem esse haretici durante haretici cuiuslibet donationis inter viuos, & donati reddendum esse, neque per sicut publicandum nisi in casu quo donator fecit haretico donare, sic videtur probare *l. Arriani, §. cum C. de haretico*, ibi, *sine de donationibus hareticorum conuentualium sine ex ultima voluntate, &c. fauet e. in eos, de haretico*, vbi prohibetur Episcopis, & clericis aliquid haretico conferre: *lib. nihil conferant*, quod tam de ultima voluntate, quam donatione inter viuos intelligi glossa. Sed ratio prohibitionis illa esse non potest, nisi incapacitas haretici. Ergo hareticus incapax est cuiuslibet donationis, sicut & successione. Et iure nostro regio hoc videtur comprobati, *ex d. l. 1. tit. 25. p. 7. ibi, Apostata no puede ser establecido de otros por heredero, en ninguna manera, o manda, o donacion que le vbiessen fecho, o que el fiesse a otro no valga desde aquel dia, que el apostato Item l. 4. tit. 26. p. 4. dicitur: E aun decimos que no debe valer su testamento, ni donacion, ni vendida que le fuesse echa, ni la que el fiesse a otro de los vyo, del dia que fuesse inugado por hereje en adelante.* Vbi videtur eodem modo loqui de successione ex testamento, ac de donatione, & vtriusque hareticum incapacem esse: & ita tenet Buttiguar in *l. si quis C. de haretico*, glossa, & Hostiensis in *e. in eos de haretico*, verbo, *nihil conferant*. Motian. Socin. n. 3. & 4. Bonifac. de Vitalinis *rub. de crimine haretici n. 6. vers. item non possunt*. Quemada *q. 8. §. 18.* Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 5. c. 8. q. 1. & lib. 8. c. 12. q. 8.* Farinac. *de haretico, q. 190. n. 96.*

11 Verum attento rigore iuris, credendum probabilius validam esse donationem factam haretico, neque ipsam ante sententiam obligatam esse restituere, illa vero, secuta sicut perire: sic Thomas Sanchez *lib. 2. Decal. c. 14. n. 36.* Ratio est, quia nullus est textus, qui hanc donationem annullat. Nam textus in *l. Arriani*, non probat donationem inualidam esse, sed non debere fieri non quia hareticus incapax sit, sed quia est indignus: & idem est de textu in *cap. in eos*. Leges autem postri clarius indicant non valere: cum non addant ipso iure, vel ante sententiam non est cur sic actum annullemus; quia in casu dubio pro valore actus standum est. Neque eodem modo leges regiae procedant in successione ex testamento, ac in donatione. Nam in successione ex testamento vtuntur verbo, *non potest, ibi, no puede*

ser establicido por heredero, no le pueda ser de ja demandada en testamento. quod verbum indicat annullationem actus ob defectum potentiae. vt bene probat Sanc. lib. 6. de matrim. disp. 38. num. 20. at in donatione tale verbum non inuenitur, sed solum dicitur, no vala. Item & precipue in lege regia sine titulo, 7. part. 6. hereditas delata heretico, Mauro, vel Iudæo, declaratur hereditibus ab intestato pertinere, & non filio regio, quod de donatione non cauetur. Ergo inde clare constat aliter interpretari esse hereticum successione ex testamento, quam donationis. Ad de. leges supra dictas eodem modo reddunt inhabile hereticum ad acceptandam donationem sibi factam, sicuti reddunt inhabilem ad donandum, & contrahendum; at ad donandum, & contrahendum non reddunt ipso iure inhabilem, & incapax, sed post latam sententiam; vt ex dictis constat. Ergo neque etiam reddunt inhabilem ad acceptandam donationem.

12. Tertia pena est exemptio filiorum a patria potestate, propter paternam heresim: dicitur in e. quicumque §. filiorum, de hereticis, l. 6. ibi, filiorum autem filiorum emancipationem, quorum parentes post emancipationem huiusmodi, etiam apparuerint ante ipsam a via veritatis ad hereticam superstitionis inuersionem delinisse, nullius volumus esse momenti, voluit factam de hominibus sui iuris cum, dignum sit, vt propter tantam inuersionem delicti, filii esse in parentum hereticorum deserviant potestate. Ex quo textu videtur a die commissi criminis filios eximii a patria potestate; quia hæc exemptio adducitur pro causa, quare non valet emancipatio ante declarationem factam: & ita tenet gl. ibi. Reperit inquit, verbo pater, versic. item in fine & ibi Mandol. littera T. Pegna director quæst. 116. comm. 164. Thomas Sanc. lib. 2. c. 2. n. 6. Fatim. de heresi, quæst. 197. §. 3. num. 29.

13. Hinc fit patrem sic effectum hereticum non posse filio suo impuberi pupillariter substituere, hoc est, pro eo facere testamentum. Nam ad testamentum condendum requiritur necessitas patri potestatis, quia nemo condere potest testamentum pro eo quod extra eius potestatem existit. L. ff. de vulg. ar. et pupill. §. 1. Infit. de pupill. substit. & etiam Pegna, & Sanchez, supra.

14. Secundo fit non esse obligatum filium parenti heretico alimenta præbere extra extremam necessitatem. Tum quia pater non tenetur hæc alimenta filio præbere extra necessitatem extremam. Ergo neque filius parenti, quia efficacius pater obligatur alteri filium, quàm e contra: quod autem pater non tenetur filio heretico alimenta præbere, probatur, quia potest illum extrahere, autem, vt cum de appellat. cognos. causus, vers. si quis de predictis, at quocies filius exheredari potest, posthinc & alimenta ei depergari: vt plurius comprobatur Molin. de primog. lib. 2. c. 16. n. 1. et leg. quia hereditas loco alimentorum succedit. Tum etiam quia filius exemptus a patria potestate reputatur extraneus. Extraneus autem non tenetur heretico alimentum præbere extra causam extremam necessitatis. Ergo neque filius: & ita tradit relato Surdo de aliment. tit. 7. q. 2. n. 6. Sanchez lib. 2. cap. 24. num. 7. Nauar. in 2. part. decret. tit. de consuetud. de heresi, c. 27. vers. 4. quod fautores. Decian. tractat. crimin. lib. 1. c. 1. n. 29. et c. 44. n. 28. Bartholom. Vgolin. tract. de consuet. 1. part. in glossa receptoros, §. 2. n. 8. Fatimacus quæst. 182. §. 1. num. 13. Vbi plurius comprobatur in casu necessitatis prius subueniendam esse parenti, fratri, vel cognato heretico, quàm extraneo, ob sanguinis coniunctionem.

15. Aduerto tamen fautores, & defensores, & receptatores hereticum non puniri hæc pena, vt eorum filij ab eius potestate liberentur: quia nullo iure cauetur, & supra dictus textus solum de hereticis loquitur, neque penam extendendam sunt: sic docuit Pegna comment. 165. Sanchez, illo c. 22. n. 5. Fatimacus quæst. 197. num. 29. sine.

16. Quarta pena est priuatio dominij in seruos, ex cap. absolutus, de hereticis, vbi dicitur, absolutos se nouerint a debito fidelitatis domini, & totius obsequij, quicumque lapsis manserint in heresim aliquo pacto quacumque firmitate vallato tenentur adstricti, & docent omnes.

Sed est dubium, an hæc pena locum habeat ante iudicis sententiam, sicut diximus de priuatione patriæ potestatis in filios: Et credo locum non habere ante iudicis sententiam, sicut diximus de priuatione patriæ potestatis in filios: Et credo locum non habere ante sententiam iudicis: quod satis probat supra dictus textus absolutus, quia a debito totius obsequij liberat eos, qui tenebantur adstricti, qui manserint in heresim lapsi sunt. Requiritur ergo esse heresim manifestatione, inquam, principali, & precipua qualis est per sententiam.

17. Secundo dubitatur, an tunc serui exempti ab obsequio domini heretici obtineant libertatem, an verò in filii domini transeant cum reliquis bonis confiscatis: Negant obtinere libertatem, sed tranfire in filium Ioan. Andr. Geminian. Francus, & alij in e. quicumque §. vltim. de hereticis in 6. & Ioann. Annanias, & Marian. Socin in cap. vlt. de hereticis Mouentur, quia nullus est textus hanc illis libertatem concedens: nam dictum e. absolutus, solum eximit illos a debito obsequio domini, sicut vallos eximit a debito fidelitatis, quod stare optime potest, etiam si filius in domino succedat, sicut stat exceptio vallati a debito fidelitatis. Ferd. de Castro Sum. Moys Pars 1.

debita domino heretico, etiam si alteri Principi subdatur. Item in l. Manichæos. C. de hereticis, vbi dicitur, seruos extra noxam esse volumus, si dominum sacrilegum euitantes ad Ecclesiam catholicam seruitio fideliori transferant. loquitur de his, qui fidei suscipiunt per Baptismum: qui quidem ratione fidei susceptæ a debita tunc seruitute liberantur: non autem loquitur de mancipiis Christianorum, qui in heresim lapsi sunt. Ergo nullus seruus obtinet libertatem: & sic reputat probabile Sanc. n. 9.

18. Verum tenendum est cum eodem Sanch. n. 10. Pegna 3. part. comm. 268. vers. sed de seruis quæstionem est Mol. 1. tom. 10. de disp. 40. Azor. 1. part. lib. 8. c. 12. q. 7. Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 44. n. 28. Fatim. de heresi. q. 197. §. 3. n. 30. & alijs apud ipsos, seruos Christianos eximii a seruitute, seruos verò paganos, vel hereticos in seruitute filii permanere. Mouer ea precipue ratione, quia esto hæc libertas seruis Christianis non sit in iure expressa: at est factis insinuata in sup. l. Manichæos si enim seruus alicuius heretici suscipiens fidem eximitur integræ seruitute in præmium fidei susceptæ, quia iudicat Ecclesia fideliori seruitio se micipare. Eadē ratione integrè debet, eximi, qui iam fidē suscepit, & in ea vult perseverare, cum eius dominus Ecclesiam deserit, quia sua perseverantia testatur fideliori se seruitio micipare. At seruo pagano, vel heretico nullibi conceditur hæc libertas: & cum inter bona dominorum reputentur, rem in bonis ff. de acquir. rer. dom. l. vlt. §. vlt. C. de verb. significat. & probat late Andr. Tiraquell. in l. si nunquam, C. de reuocand. donat. in illis verbis, donat. largitus, q. 17. n. 323. & 324. efficitur sanè cum alijs bonis confiscatis ad filium transferri. Si seruus nondum est baptizatus cum dominus in heresim incidit: at tendit baptizari, & est catechumenus, censet optime Pegna supra comm. 168. vers. an autem similiter serui catechumeni, consonū esse vt libertate donentur, & sui iuris efficiantur, quia hoc pertinet ad catholicæ religionis augmentum: & quia catechumenus in deuotione, & fide Ecclesie perseverans membrū Christi efficitur, & uenit de presbytero non baptizato. Debet ergo gaudere priuilegijs Christianorum. At iure ipso liberus non eis concessa, quia nondum est Christianus, & confert Sanchez, cap. illo 2. n. 11. Quod si seruus infidelis dominum apostatam de fide bono zelo, Inquisitoribus denuntiauerit, etsi nullibi inueniatur concessa illi libertas: certe danda illi est, precipue si spes subit facilius ad fidem conuertendum sic Pegna, & Sanchez supra. Tandem aduerto acquisita semel, a seruis libertate nunquam ad seruitutem pristinam redire: etiam si eorum domini ad fidem reuertantur, & omnia bona illis restituantur: iuxta cap. urgentes, de hereticis, quia libertas quocumque modo data non reuocatur, l. 1. c. 2. T. si aduersus libertatem, Pegna, supra Sanchez, n. 12. Simanc. de catholicis, in fit. tit. 6. n. 19.

19. Quinta pena hereticorum est amissio cuiuslibet iuris, & obligationis etiam iuramento vallata, ex supra dicto. et. c. absolutus, de hereticis. Nam communiter Canonistæ extendunt locum illum ad omnia delicta, & ad quascumque obligationes, vt videre est in glossa ibi. Abbate n. 1. & alijs pluribus relatis a Farin. q. 188. num. 57. Dubium solum est, an requiratur sententia saltem declaratoria criminis, vt debitores exculentur a solutione debiti præstantia hereticis: Plures censent sufficere, si heresim manifesta sit ex facto, vel ex testiu depositione etiam per sententiam nota non sit quia textus in supra dicto. cap. absolutus, solum exposulat esse heresim manifestam: & verbum absolutus indicat sententiam latam. Item a die commissi criminis ante iudicis heretici dominium suorum bonorum, & consequenter iurisdictionis, & obligationis, & filio est applicandum. Ergo filio est debitum soluendum, vt prope domino succedenti in actione, & iure quod delinquens habebat: sic Syluest. verbo hereticus, §. 1. num. 14. & Azor. 2. p. lib. 8. cap. 13. q. 1. Pegna 3. p. direc. comm. 168. vers. postremo. & in seq. qui incipit, & quid hoc verissimum est. Videtur manifestam heresim vocate eam, quæ in actum extremum prodit: quia cognita affirmare videtur debitores, & vasallos, ab omni obligatione dominis hereticis facta esse exemptos. Farinacius videtur consentire supra n. 68.

20. Nihilominus credo probabilius posse, & debere debitores heretico soluere debita & obsequia alia debita præstare, dū per sententiam eius crimen declaratum non est: sic plurius comprobatur Burlat. lib. 1. cens. 14. n. 18. et leg. & Azor. supra quæst. 2. Dixi debitorem heretici non posse debitum heretico soluere post condemnationem secus ante condemnationem Sanch. lib. 2. c. 24. num. 8. Ratio est, quia filius ante sententiam saltem declaratoriam criminis bona hereticorum occupare non potest, vt dictum est, & decidit cap. cum secundum leges, de here. in 6. ibi. sententia fuerit pronuntiata. Si autem debitores hereticis non deberent soluere, sed filio iam filius ante sententiam bona hereticorum occuparet. Item hereticus post crimen commissum interim dum sententia declaratoria non succedit, non priuatur possessione, & administratione suorum bonorum. Ergo ratione huius possessionis, & administrationis debita illi debent solui, & obsequia præstari. Neque obstat cap. absolutus, nam explicandum est non de quacunque manifestatione, sed de manifestatione precipua, quæ est iudicialis. Secundo respondeo a die commissi criminis excurrentis in actum extremum probabile esse, debitores absoluti a debito soluendo hereticis, indigere tamen sententia declaratoria criminis, vt effectus plenus illa absolutio fortiatut, sicut,

ficut à die commissi criminis sunt omnia bona haereticorum fisco addicta: indiget fisco sententia declaratoria criminis, vt ea occupare possit, ad confirmationem respõdeo fisco à die commissi criminis habere dominium directum in bona haeretici, non tamen vile, nisi sententia accedat ea de causa haeretico denegari non possunt debita, & obsequia praestanda, dum non est sententia.

21. Vnum tamen est omnino certum, debitores, etsi à die commissi criminis eximantur ab obligatione soluendi debita haereticis, & vasallos à debito fidelitatis suis dominis, non tamen ita esse exemptos, vt eorum debita, & subiectio extinguatur omnino: succedit enim fisco in credito, & in dominio, si alij vocati non sunt: sic tradunt vterque Abbas in cap. fin. de haeretic. Marian. Societ. num. 1. Ioan. de Anania num. 2. c. 3. Felio. in princ. quos refert, & sequitur Fatnac. quast. 189. n. 68.

22. Sexta poena haereticorum est, quod fides eis data, & securitas promissa seruanda non sit: si enim, vt inquit, Fatnac. quast. 197. num. 24. tyrannis, pitatis, caeterisque publicis praedonibus, quia corpus occidunt, fides seruanda non est: longè minus haereticis, qui animas occidunt, seruari debet. Item bannito pro capitali delicto, quia hostis publicus, pax seruanda non est. Ergo neque haeretico, sic pluribus relatis comprobant Petrus à Plach. in episc. de iud. lib. 1. cap. 39. in fine, n. 11. Simanc. de catho. instit. tit. 46. n. 52. c. 7. q. 2. Kotas singul. 63. Clarus in pract. §. haereticus. n. 16. Locius Zechius sum. 1. p. tit. de fide, cap. 11. de haereticis. n. 16. Fatnacius quast. 197. num. 24. Hoc autem limitandum est, vt procedat in fide, & securitate data haeretico à priuata persona, secus à publica persona, seu Principe habente potestatem illam concedendi, haec enim seruanda est secus ahaeretic. Simanc. Petrus à Plach. Locius, Zech. & Fatnac. supra. & Menoch. consil. 106. num. 226. c. 227. Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 20. num. 55. Ratio esse potest, quia seruare tunc Principem hanc fidem in bonum commune cedit maxime, secus procedit in priuata persona, quae hanc securitatem promittere non potest. Ex quo fit, si Inquisitor, promittat haeretico gratiam facturus si veritate fateatur, & ipse haereticus sub spe gratiae consequenda haereticum confitetur, teneatur Inquisitor fidem datam seruare, quia illa dare poterat: concessa enim est Inquisitoribus ampla potestas poenas temperandi, ex e. vt commissi, de haereticis. in 6. sic Pegna direct. 3. p. com. 23. versum in hac premisione Fatnac. quast. 81. n. 296. At si omnimodam impunitatem promississet, quia hanc promittere non poterat, alij seruare non debet: sic Pegna, & Fatnac. supra. non tamè ad poenam ordinarij, sed ad extraordinariam condemnandus est, quia dolose fuit talis confessio extorta.

23. Septima poena haereticorum est, vt eorum domus, si in ea conuenticula fecerint, & haereticum docuerint, funditus euertatur, nullo vnquam tempore repetanda: & idem est, de domo, in qua se occultauit, ne caperetur ab Inquisitoribus, etiam si aliena sit, quia reputatur eius dominus fauorem illi praestare, sic multis constitutionibus comprobant Zanch. tract. de haereticis, cap. 39. c. 40. Pegna direct. 3. part. comment. 9. circa finem Fatnacius quast. 190. §. 2. à n. 30. Quocirca vt dominus hac poena excusetur, debet comprobare ignotanter processisse, & absque eius consentu haereticalia ibi fuisse commissa: vt satis indicat constitutio Alexand. IV. edita anno 1257. incipiens, felicitis recordationis, quam adducit Franciscus Pegna inter literas Apostolicas, fol. 27. ibi, nisi legitime conseruit praedictarum domorum dominus penitus innocens, & profusus, inculpabilis existisse quae constitutio confirmata est à Clemens. IV. anno 1265. in alia constitutione incipiente, Ad extirpanda cuius meminit Pegna supra pag. 63. At si non ex consentu domini domus, sed ex consentu conductoris ibi haeretici conueniunt, non destruitur domus, sed conductor alius poenis punitur, vt haereticorum fautor, scilicet poena pecuniarie, verberu, & exilij iuxta conditionem personae, ex text. in l. Arriani, §. cunctis, versum de priuata ad iudicij, C. de haer. & tradit Decian. lib. 5. c. 51. num. 50. Fatnacius quast. 190. §. 2. n. 39. Adde aliquando domus aliena destruitur, etiam si dominus illius ignorauerit crimen in illa commissum, si talis destructio ad publicam vilitate, & retorem conuenire iudicatum fuerit; restituo tamen pretio domino domus, quod raro contingit, nisi in crimine nimis publico, & scandaloso. Simancas de catho. instit. tit. 46. n. 91. c. in enchirid. tit. 67. n. 14. Zanch. tract. de haereticis, c. 39. Fatnacius num. 37. & faciunt ea, quae congerit de crimine laesae maiestatis quast. 116. à n. 28. ibi enim probat, si domus committit crimen laesae maiestatis hypothecata sit vxori, vel alteri, neque delinquens habet alia bona, quae loco domus subrogentur, non posse domum destrui, nisi fisco ex proprijs bonis illis satisfaciatur, quia alijs sequeretur absurdum, quod vxor, vel creditor innocuus hypothecam amitteret: consentit Clarus quast. 82. verbo statutum §. num. 4. versum. in Baiard. ibi num. 98.



DISPUTATIO VI.

De poenis corporalibus haereticorum.

Haec poena comprehendit sub poena carceris, exilij, tritomis, verberum, & mortis, de his breuiter est dicendum, quibus imponantur, & quando.

PUNCTVM I.

De poena carceris.

- 1 Poena carceris imponi potest, & saepe imponitur.
2 Hanc poenam perpetui carceris haereticis debitam, potest Episcopus cum Inquisitoribus mitigare, & ad tempus tantum imponere.
3 Qualis debet esse carcer, ad quem haereticus condemnatur.
4 Post condemnationem rei mitigatio poena poenis solum Inquisitorem generalium in Hispania residet.

Hanc poenam haereticis penitentibus imponi posse, & saepe imponi, nemini est dubium, cum expresse causa sit in e. excommunicatus, l. 2. de haereticis, ibi si qui autem de praedictis, postquam fuerint deprehensi redire voluerint ad agendam poenitentiam in perpetuo carere damnantur, glossa in Hostiens. Abbas, Bartio, & alij communiter. Verum ad perpetui carceris non omnes haeretici penitentes damnantur, etsi de rigore iuris damnari possint; sed illi tantum, qui post publicationem testium errorem suum fateantur plenè, & penitentiae signa ostendant: sic Simancas de catho. institution. tit. 47. n. 29. c. sequentibus c. in enchirid. violata religio. tit. 58. de penitentia. n. 7. Afflicti in constitutione de haereticis & Pacterenis rub. 1. sub. num. 36. Fatnacius quast. 193. num. 103. Ioan. Rojas tractatus de haereticis p. 2. n. 197. c. sequentibus Pegna direct. 3. p. 93. com. 142. vbi refert in huius confirmationem quandam institutionem H. spalensem. Ex quo fit ad perpetuum carcerem non esse damnandum eum, qui errorem suum fateatur, antequam dicta testium ei publicata sint, quia tunc non videtur in errore suo satis deprehensus, iuxta dict. cap. excommunicatus, secus vero si post publicationem testium, quia tunc vnde quaque deprehensus est non solum corpore, sed mente, quia conuictus est. Secundo fit ad perpetuum carcerem nullo modo damnari posse, qui solum de haeresi suspectus est, quia haec poena solis delictis à fide imputantur. Vmbert. Locat. in iudic. inquisit. verbo suspicio num. 31. Repet. Inquisitor. in verbo carcer sub. vers. primo, & in vers. viso de carcere. Fatnacius quast. 193. §. 5. num. 103.

2. Hanc autem perpetuum carcerem debitum haereticis penitentibus post publicationem testium possunt Inquisitores cum Episcopis si aliqua iusta, grauique causa intercedat mitigare, & solum ad tempus imponere; vel iam impositam tollere, aut in alias extraordinarias penitentias conuerrere, secundum potestatem ipsi datam in cap. vt commissi, versum. c. illorum de haereticis in 6. ibi, c. illorum qui v. stris mandatis obediunt humiliter stant propter haereticum in carcere, vel muro reclusi, quia vna cum Praelatis quorum iurisdictione subsunt mitigandi, vel mutandi cum videritis expedire. vbi glossa Abbas, Franciscus Marian. Socin. Butt. Fel. & alij. Ioan. Cald. tract. de haereticis rub. de haer. redemptibus. c. conuersi. n. 3. c. 4. Vmbert. Locat. in iudic. inquisit. in verbo haereticus n. 34. 35. c. 36. c. verb. Inquisit. n. 33. Simanc. de catho. instit. tit. 16. rub. de custodia reorum n. 5. c. 6. c. in enchirid. tit. 57. tit. de carcere perpetuo n. 7. Fatnac. alios referens de haereticis, q. 193. n. 104. & faciunt plurima, quae adducit n. 84. c. 96. Clarus pract. §. haereticus num. 7. Eymet. 3. part. direct. quast. 93. c. 96. & ibi Pegna.

3. Aduerto primo hunc carcerem ad quem reus damnatur non debere esse ita arctum, vt abbreviet vitam in carcerati; alias iudices fidei irregularitatem non videntur euadere, sic Vmbert. Locat. in opo iud. verbo carcer n. 6. Pegna direct. 3. p. 93. com. 107. sine. vbi adducit decretum Conc. Biterrensis c. 23. ibi c. eo rigor carcerum non extinguat. Dec. lib. 5. c. 42. n. 14. Compagius addit ad Zanch. de haereticis. c. 20. l. 1. G. verb. poena versum. in rament Fatnac. q. 193. n. 106. Neq. obstat text. in Clement. §. propter de haereticis, ibi, duro tamè tradere carceri, sine archi, qui vniuersis ad poenam, quam ad iustitiam videntur. Signum Inquisitor de consensu Episcopi, & Episcopus de consensu Inquisitoris possunt reum ad hunc carcerem condemnare, possunt & medio illo viti abbreviare vt dixit Mart. Del. de disquis. lib. 5. sect. 7. in princ. versum potest autem. Non iniqua oblat, quia ex arcto, & duro carcere solum sequitur vitam in carcerati abbreviandam esse aliquoties: si autem notabiliter abbreviaretur, ita vt intra paucos dies mortuus esset reus ibidem existens nullo modo credo posse à iudicibus fidei exequi quid dicit Mart. Delrio.